

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Liber Qvintvs.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

VLI GELLII NOCTIVM ATTICA
RVM COMMENTARII.
LIBER QVINTVS.

Quod Musonius philosophus reprehendit, impro-
bavitq; laudari philosophum differentem a uociferan-
tibus, et in laudando gestientibus. Cap. I.

Vsonium philosophum solitum dicere
accepimus, cum philosophus inquit hor-
tatur, monet, suadet, obiurgat, aliud ue-
qd disciplinarum differit: tum q audi-
unt, si de summo, et soluto pectore, obu-
as, vulgatasq; laudes effutiunt, si clamitant etiã, si ge-
stunt, si uocum eius festiuitatibus, si modulis uerbo-
rum, si qbusdam quasi frequentamentis orationis mo-
uentur, exagitantur, & gestunt, tum scias, & q dicat,
& q audit frustra esse: neq; illic philosophum loqui,
sed tibicinem canere. A nimus is inquit audientis philo-
sophu, quæ dicuntur utilia, ac salubria sunt, quæq;
et errorum atq; uitiorum medicinas ferunt, laxamen-
tum atq; otium prolixè, profuseq; laudandi non ha-
bet qsq; ille est, qui audit: nisi ille est planè deperdi-
tus, inter ipsam philosophi orationem, & phorrescat
necesse est, et pudeat tacitus, & poeniteat, et gaudeat,
et admiretur, uarios adeo uultus, disparilesq; sensus
gerat, perinde, ut eum conscientiamq; eius affecerit,
utraruq; animi partium aut synceraru, aut ægraru
philosophi ptractatio. Præterea dicebat magnã lau-
dem nõ abesse ab admiratione. Admirationē autem,

A. GEL.

quæ maxima est: non parere uerba, sed silentio.
 Icirco inquit, poetarum sapientissimus, audire
 los Vlyssi labores suos illustrissime narrantis,
 quædi finis factus, non exultare, nec strepere,
 miserari facit. sed consiluisse uniuersos, dicit, quos
 tonitos, & obstupidos, delinimentis aurium ad
 nes usq; uocis permanantibus.

Super equo Alexandri Regis qui bucephalus
 pellatus est. Caput

Quis Alexandri Regis & capite,
 e nunc Bucephalus fuit. Emptum Car
 psit talentis. XIII. & regi Philippo
 tum, æris nostri summa est HS. CCCXII. Super
 equo dignum memoria uisum, quod ubi orna
 rat, armatusq; ad prælium, haud unquam in
 sese ab alio nisi a rege passus sit. Id etiam de
 quo memoratum est: quod cum in eo insidens
 der bello indico, & facinora faciens fortis, in
 cuneum non satis sibi providens, imisisset: conuen
 undiq; in Alexandrum telis uulneribus altis in
 uice, atq; latere equus per fossus est: Moribus
 men, ac propè iam exanguis è medijs hostibus re
 uinacissimo cursu retulit. Atq; ubi eum extra tela
 tulerat: ilico concidit: & deinde iam superstitis
 rus, quasi cum sensus humani solatio expirauit.
 Rex Alexander parta eius belli uictoria oppidum
 in iisdem locis condidit: atq; ob equi honores Buce
 lon appellauit.

Quæ causa, quodq; initium fuisse dicatur
 ræ ad philosophiæ literas adeundi. Cap. II

Rotagoram uirum in studijs doctrinarum
 egregium, cuius nomen Plato lib. suo illi in
 clyto inscripsit, adolescentem aiunt uictus
 querēdi gratia in mercede missum. Vecturasq; one
 rum corpore suo factitauisse, quod genus græci
 βασάλortas uocāt. Latine baiulos appellamus. Is de
 proximo rure Abderam oppidum, cuius popularis
 fuit: caudices ligni plurimos funiculo breui arcunda
 tos portabat. Tum forte Democritus ciuitatis eiusdem
 cuius homo ante alios uirtutis, & philosophiæ gra
 tia uenerandus, cum egrederetur extra urbem: ui
 det eum cum illo genere oneris tam impedito, ac tam
 incohibili, facile, atq; expedite incedētem. Et prope ac
 cedit, & iuncturā, posituramq; ligni scite, periteq;
 factam consyderat. Petitq; ut paulum acquiescat.
 Quod ubi Protagoras, uti erat petitum fecit: atq; iti
 dem Democritus aceruum illum, et quasi orbem cau
 dicum, breui uinculo comprehēsum, ratione quadā,
 quasi geometrica librari, contineriq; animaduertit:
 interrogauit quis id lignum ita composuisset: & cū
 ille a se compositum dixisset: desyderauit, uti solue
 ret, ac denuo in modum eundem collocaret. At post
 quam ille soluit, ac similiter composuit: tum Democri
 tus animi aciem, solertiamq; hominis non docti de
 miratus, mi Adolecens inquit, cum ingenium bene
 facendi habeas: sunt maiora, melioraq; quæ facere
 mecum possis. Abduxitq; eum statim, secumq; ha
 buit: & sumptum ministravit: & philosophias do
 cuit: & esse eum fecit, quantus postea fuit. Is tamen
 Protagoras insyncerus quidem philosophus, sed a

cerimus sophistarum fuit. Pecuniam quippe
tem cum à discipulis acciperet annuam: polli-
tur se id docere, qua nam uerborum industria
sa infirmior fieret fortior. Quam rem graecè
dicebat, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῆν.

De uerbo duo & uicesimo, quod uulgo in-
tum est: à uiris doctis multifariam in libris
ptum est. Caput. IIII.

Pud sigillaria forte in libraria
a Iulius Paulus poeta uir memoria
doctissimus, confederamus: atq; ibi
siti erant Fabij annales bonæ, atq; syncera
tis libri, quos uenditor sine mendis esse contendit
grammaticus autem quispiam è nobilioribus
ptore ad spectandos libros adhibitus, reperisse
in libro mendum dicebat. Sed contra librarius
quoduis pignus uocabat: si in una uspiam litera
ctum esset. Ostendebat grammaticus ita scrip-
» in libro quarto. Quapropter tum primam
» plebe alter COS. factus est, duo & uicesimo
» postquam Romam galli ceperunt. Non inquit
» et uicesimo, sed duodenicesimo scribi oportuit. Quid
» enim est duo & uicesimo? Alio quoq; loco hic
» scripsit. Mortuus est anno duo & uicesimo
» fuit anno uigesimo primo.

Cuiusmodi ioco cauillatus sit Antiochum
poenus Annibal. Cap.

N libris ueterum memoriarum scriptum est Annibalē Carthaginensem apud Regem Antiochum facetissime cauillatum esse. Ea cauillatio huiusmodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturum comparauerat: conuertebatq; exercitum insignibus argenteis, & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum falabus, & elephantos cum turribus. Equitatumq; frenus, ephippijs, molibus, phaleris præfulgentem. atq; ibi rex contemplatione tanti, ac tam ornati exercitus gloriabundus Annibalem aspiciat, & putas'ne inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc omnia? Tum pœnus eludens ignauiam, imbelliamq; militum eius pretiose armatorum, satis plane' inquit satis esse credo Romanis hæc omnia, etiam si auarissimi sunt. Nihil prorsum: neq; tam lepide, neq; tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui, ac de æqparatione æstimanda quæsierat. Respondit Annibal de præda.

De coronis militaribus, quæ sit earum triumphalis, quæ obsidionalis, quæ ciuica, quæ muralis, quæ castrensis, quæ naualis, quæ oualis, quæ oleaginea.

Caput. VI.

*M*ilitares coronæ multifariæ sunt. Quarum quæ nobilissimæ sunt, has ferme' esse accepimus, triumphalem, obsidionalem, ciuicam, muralem, castrensem, naualem. Est etiam quoq; corona, quæ oualis dicitur. Est item postrema oleaginea, qua uti solent, qui in prælio non fuerunt, sed

triumphum procurant. Triūphales coronæ sunt
 reæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphan-
 tuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium. Au-
 tiquitus è lauro erant, post fieri ex auro cœpta-
 sionalis est, quã ij, qui liberati sunt obsidionem
 ei ducti, qui liberauit. Ea corona graminea est
 uariq; solitum ut fieret è gramine: quod in
 generatum esset, intra quem clausi erant, qui
 debantur. Hanc coronam gramineam. S. P. Q.
 Q. Fabio Maximo dedit bello Pœnorum secundo
 quod urbem Romam obsidione hostium liberauit.
 Ciuica corona appellatur, quã ciuis cui, à quo
 tus est in prælio, testem uitæ salutisq; perceptæ
 Ea fit è fronde querna, quoniam abus, uictisq;
 quissimus quercus capi solitus sit. Fit etiam ex
 quod genus superiori proximum est. Sicuti
 est in quadam comœdia Cælij.

- » A duehuntur inquit, cum iligna corona, et
 » myde. Dij uostram fidem. Massurius
 tem Sabinus in. XI. librorum memorabilium
 cam coronam tum dari solitam dicit: cum is, qui
 uem seruauerat: eodem tempore, etiam hostem
 derat. neq; locum in ea pugna reliquerat. Aliter
 ciuicæ coronæ negat concessum. Tiberiū tamen
 rem consultum, an ciuicam coronam capere possit
 ciuem in prælio seruasset: & hostes ibidem
 terfecisset: sed locum, in quo pugnat, non reli-
 set, eoq; loco hostes potiti essent: rescripsisse dicitur
 quoq; ciuicæ dignum uideri, quod appareret, et
 iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam a

ter pugnantibus retineri non quiverit. Hac corona auiat L. Gel. uir censorius in senatu Cic. consulē donari a Rep. censuit: quod eius opera esset atrocissima illa Catiline coniuratio detecta, uindicta q̄. Muralis est corona: qua donatur ab IMPER. qui primus murum subiit, inq; oppidum hostium per uim ascendit. Icirco quasi muri pinnis decorata est. Castrens is est corona: qua donat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans itroiuit. Ea corona insigne ualli habet. Naualis est, qua donari solet maritimo praelio, qui primus in hostium nauem ui armatus transiliuit. Ea quasi nauium rostris insignita est. Et muralis autem, & castrens is, & naualis fieri ex auro solent. Oualis uero corona myrtea est. ea utebantur IMPER. qui ouantes introibant urbem. Ouandi autem, ac non triumphandi causa est: cum aut bella non rite indicta, neq; cum iusto hoste gesta sunt: aut hostium nomen humile, & non idoneum est: ut seruorum, piratarumq; aut deditione repente facta, in puluere (ut dici solet) incruenta q; uictoria obuenit. Cui facilitati aptam esse ueneris frondē crediderunt: quod non Martius, sed quasi uenerius quidā triumphus foret. Hanc myrteā coronam M. Cras. cum bello fugitiuorum confecto, ouans rediret: insolenter aspernatus est. Senatusq; consultum faciundum per gratiam curauit: ut lauro non myrto coronaretur. M. Cato obiecit M. Fuluiο nobiliori, quod milites per ambitionem coronis de causis leuissimis donasset. de qua re uerba ipsa apposui Catonis. Nā primapio, quis uidit corona donari quēquam, cum oppi-

dum captum non esset? aut castra hostium non
 sa essent? Fulvius autem, in quem hoc a Catu
 ctum est: coronis donauerat milites: quia uallu
 rauerant: aut quia puteum strenue foderant
 tereundum non est: quod ad ouationes attinet:
 quo dissensisse ueteres scriptores scio. Partim enim
 pferunt, qui ouaret, introire solitum equo uehe
 Sabinus Massurius pedibus ingredi ouantes di
 quentibus eos, non militibus, sed uniuerso sena

Personæ uocabulum quā lepidè interpretatus
 esse uocis eius originem dixerit C. Bassus.

Caput

VII.

Epidè mehercules, & scite C. Bassus
 l bris, quos de origine uocabulorum
 fuit: unde appellata persona sit: inter
 tur. A' personando enim id uocabulum factum
 coniectat. Nam caput inquit, et os, cooperimentu
 sonæ tectum undiq; unaq; tantum uocis emittit
 uia peruium, quod non uaga, neq; diffusa est
 tantummodo exitum collectam, coactamq; uocem
 magis claros, atq; orosq; sonitus facit. Quoniam
 tur indumentum illud oris clarescere, et resonan
 cem facit: ob eam causam persona dicta est, o
 propter uocabuli formam productiore.

Defensus error a Virgilij uersibus, quos arguit
 Iulius Higinus grammaticus. Et ibidem quid
 tuus, atq; de etymologia uocis eius.

Caput

VIII.

ipse quirinali lituo: paruaq; sedebat
 succinctus trabea: læuaq; ancile gerebat.

In his uersibus errasse Virgilium Hignus scripsit: tanquam non animaduertit deesse aliquid hisce uerbis, ipse quirinali lituo. nam si nihil inquit, deesse animaduertimus, uidetur ita dictum, ut fiat lituo, & trabea succinctus, quod est inquit, absurdissimum. Quippe cum lituus sit uirga breuis in parte, qua robustior est, incurua: qua augures utuntur: quoniam modo succinctus lituo uideri potest? Immo ipse Hignus parum animaduertit sic hoc esse dictum, ut pleraq; dici per defectiōem solent: ueluti cum dicitur. M. Cicero homo magna eloquentia, et quasi Roscius histrio summa uenustate, non plenu hoc utruq;, neq; perfectum est. sed enim pro pleno, atq; perfecto auditur, ut Virg. alio in loco.

Victorem Buten immani corpore.

Idest corpus immane habentem. Et item alibi.

In medium geminos immani pondere cæstus (tis
 Projicit. Ac similiter, Domus sanie, dapibusq; cruē
 Intus opaca ingens, Sic igitur id quoq; uideri dictum debet: Picus quirinali lituo erat: sicut dicimus statua grandi capite erat. est autem, & erat, et fuit, plerunq; absunt cum elegantia sine detrimento sententiæ. Et quoniam facta litui mentio est: non prætermittendum est, quod posse quæri animaduertimus utrum lituus auguralis, a tuba, quæ lituus appellatur, an tuba a lituo augurum lituus dicta sit.

Utrumq; enim pari forma, & pariter incuruum est. sed si (ut quidam putant) tuba a sonitu lituus

appellata est, ex illo Homericō uersu ἀργεῖον
 necesse est ita accipi, ut uirga auguralis à tuba
 litudine lituus uocetur. Vtitur autem uocabatur
 Virg. & pro tuba.

» Et lituo pugnas insignis obibat, & hasta.

Historia de Crœsi filio sumpta ex Herodo-
 tibus. Caput

Ilius Crœsi regis, cum iam per ætatem
 firi posset, infans erat: & cum iam ma-
 adoleuisset: item nihil fari quibat. In
 autem, et elinguis diu habitus est. cum uero in
 eius bello magno uictum, et urbe, in qua erat,
 hostis gladio deducto Regem esse ignorans inuadit
 diduxit adolescens os clamare nitens, eoq; nixus
 impetu spiritus uitium, nodumq; lingue rupit
 neq; & articulate elocutus est clamans in hostes
 rex Crœsus occideretur. Tum & hostis gladi-
 duxit, & rex uita donatus est: & adolescens
 prorsus deinceps icēpit. Hero. in historijs
 moriæ scriptor est, eiusq; uerba sunt, quæ prae-
 xisse filium Crœsi refert ὡς ὄρωρε μὴ ἄρ' ἔτι
 Sed et quispiã Samius athleta, nomen illi fuit
 cum antea non loquens fuisset: ob similem dictionem
 sam loqui cœpisse. Nam cum in sacro certamine
 titio inter ipsos, & aduersarios non bona fide
 et sortem nominis falsam subijci animaduertisset
 pēte in eum, qui id faciebat: sese uidere quid faceret
 magnū inclamauit. Atq; is oris uinculo solutus
 omne ide uitæ tempus non turbide, neq; adhaesit
 tus est.

De argumentis, quæ græce ἀντιστρέφοντα appellantur, à nobis reciproca dici possunt. Cap. X.

Inter uitia argumentorum, longe maximè esse uitiū uidetur eorū, quæ ἀντιστρέφοντα græca dicunt. Ea quidam ex nostris, non hercle nimis absurde reciproca appellauerunt. Id autem uitiū accidit hoc modo. cum argumentum propositum referri contra, conuertiq; in eū potest: a quo dictum est: utrūq; pariter ualet: quale est peruulgatum illud, quo Protagoram sōphistarum acerrimum usum esse ferunt aduersus Euathlū discipulum suū. Lis nanq; inter eos, & controuersia sup pacta mercede hæc fuit. Euathlus adolescens diues, eloquentiæ discendæ, causarumq; orandi cupiens fuit. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit: daturumq; promissit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petuerat. Dimidiumq; eius dedit iam tunc statim, prius quàm disceret. Pepigitq; ut reliquū dimidium daret, quo primo die causam apud iudices orasset, & uicisset. Postea cum diutule auditor assessorq; Protagoræ fuisset: & in studio quidem faciendæ abūde promouisset: causas tamen non reciperet: tempusq; iam longum transcurret, & facere id uideretur, ne reliquum mercedis daret: cepit consilium Protagoras, ut tum existimabat astutum. Petere institit ex pacto mercedem. Litem cum Euathlo contestatur: & cum ad iudices conijciendæ, consistendæq; causæ gratia uenisset: tum Protagoras sic exorsus est. Dissæ inquit, stultissime adolescens, utroq; id modo fore

uti reddas, quod peto, siue contra te pronuntiatum fuerit: siue pro te. nam si contra te lis data erit: merces mihi ex sententia debebitur, quia ego uicero. Sin uero secundum te iudicatum erit: merces mihi ex pacto debebitur: quia tu uiceris. Ad ea respondit Euarclius tui inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse oblitus si uerba non ipse facerem: sed alio patrono uteremur. Sed magis mihi in ista uictoria pro ludium est: non te non in causa tantum, sed in argumento quoque uinco. disce igitur tu quoque magister sapientissimorumque modo fieri, uti non reddam, quod petis, si contra me pronuntiatum fuerit, siue pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint: nihil tibi ex sententia debebitur: quia ego uicero. Sin contra me pronuntiatum fuerit: nihil tibi ex pacto debebo: quia ego non uicero. Tum iudices dubiosum hoc explicabileque esse, utriusque dicebatur ratione sententia sua utraque parte dicta esset: ipsa sese rescinderet: rem inuictam reliquerunt. Causamque in diem longissimam abstulerunt. sic ab adolescente discipulo magister copiosa eloquentia inclytus, suo sibi argumento contentus est, et captionis uersutæ excogitatae fructus fuit.

Biantis de re uxoria syllogismum non posse uariari ἀντισπέφοντα. Cap. 11

Xistimauit quidam etiam illud Biantis de re uxoria sapientis, ac nobilis responsum consistere esse, atque est protagorion illud, de quo modo ἀντισπέφον. nam cum rogatus esset a quodam Biantis, deberet ne uxorem ducere, an uitam uiliter

libem: ἦτοι inquit καλὴν ἔξεις ἢ αἰσχρὰν, καὶ ἢ κα-
 λὴν, ἔξεις κοινὴν. εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἔξεις ποινὴν. ἔκαστον
 δὲ οὐκ ἀγαθόν, ὃ λυπτόν ἄρα. Sic autem hoc respon-
 sum conuertunt, εἰ μὲν καλὴν ἔξω, οὐχ ἔξω ποινὴν,
 εἰ δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἔξω κοινὴν, γαμικόν ἄρα. Sed mi-
 nime hoc esse uidetur ἀντιπρότερον, quoniam ex alte-
 ro latere conuersum frigidius est, infirmiusq;. Nam
 Bias proposuit non esse ducendam uxorem propter
 alterutrum incommodum, quod necessario patiendū
 erit ei, qui duxerit. Qui conuertit autem, non ab eo
 se defendit incommodo, quod adest: sed carere se al-
 tero dicat, quod non adest. Satis est autem tuendæ sen-
 tentiæ, quam Bias dixit: quod eum, qui duxit uxo-
 rem, pati necesse est ex duobus incommodis, alterum:
 ut aut κοινὴν habeat, aut ποινὴν. Sed Phauorinus no-
 ster, cum facta esset forte mentio syllogismi istius, quo
 Bias usus est, cuius prima πρότασις. ἦτοι καλὴν
 ἔξεις, ἢ αἰσχρὰν, non ratum id, neq; iustum disjunc-
 ctum esse ait: quoniam non necessarium est alterum ex
 duobus, quæ disjunguntur, uerum esse. quod in prolo-
 quo disjunctiuo necessarium est. Eminentia. n. quæ-
 dam significari formarum turpes & pulchræ ui-
 dentur. Est autem inquit, tertium quoq; inter duo ista,
 quæ disjunguntur: cuius rōnem, prospectumq; Bias
 non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam,
 & deformissimam media quædam forma est, quæ
 à nimia pulchritudinis periculo, & à summo de for-
 mitatis odio uacat. Qualis à Q. Ennio in Melanip-
 pa, perquam eleganti uocabulo stata dicitur: quæ
 neque κοινὴ. futura sit, neque ποινὴ.

quam formam modicam, & modestam Phœnices
non mehercle inscite appellabat uxoriam. Erro-
rem in ista, quam dixi, tragœdia, eas fere sermo
ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma fuit

De nominibus deorum populi Romani, Diui-
Veionis. Caput XII

N antiquis spectationibus nomina hec
i rum inesse animaduertimus. Diuius et
iouis. Est autem etiam ædes Veionis
inter arcem, & capitolium. Eorum nominum
nem esse hanc comperi. Iouem latini ueteres di-
do appellauere. Eundemq; alio uocabulo iuu-
trem dixerunt. Nam quod est in elisis, aut in
tis quibusdam literis Iupiter: id plenum, atq;
grum est Iouis pater. Sic & Neptunus pater
te dictus est, Saturnus pater, & Ianus pater.
Mars pater, hoc enim est Marspiter. Itemq; Iou-
spiter appellatus, id est diei & lucis pater. Icar-
mili nomine Diuius dictus est, & Lucetius: quod
die, & luce quasi uita ipsa afficeret, & inuano-
retium autem Iouem Cn. Neuius in libris belli
ci appellat. Cum Iouem igitur, & Diuiem di-
do nominassent: eum quoq; contra deum, qui in-
uandi potestatem, sed uim nocendi haberet. (Quod
deos quosdam ut prodesse, celebrabant: quos
obessent, placabant) Veionem appellauerunt de-
atq; detracta inuandi facultate. Vae enim per
la, quæ in alijs, atq; alijs uocabulis uariatim per
duas literas cum a litera media immissa dicitur.

plicem significatum eundemq; inter se diuersum capi-
 pit. Nam & augenda rei, & minuenda ualet: sicuti
 alia particula plurimæ. propter quæ accidit, ut quæ-
 dā uocabula, quibus particula ista præponitur: am-
 bigua sint, et utroque uersum dicantur, uæscum, uæhe-
 mens, & uægrande, de quibus alio in loco uberiore
 tractatu factu admonuimus. Vesanos autē, et uecor-
 des ex una tantum parte dici, quæ priuatiua est. quæ
 græci σεπτινὸν μόριον dicunt. Simulachrum igitur
 dei Veionis, quod est in æde, de qua supra dixi, sa-
 gittas tenet: quæ sunt uidelicet paratæ ad nocendū.
 Quapropter eum deū pleriq; Apollinē esse dixerūt.
 Immolaturq; illi ritu humano capra. Eiusq; aialis
 figmētum iuxta simulachrū stat. Propter ea Virgi-
 lium quoq; aiunt multæ antiquitatis hominem sine
 ostentationis odio peritum, numina læua in Georgi-
 cis deprecari, significantem quandam uim esse huius-
 cernodi deorum in lædendo magis quā in iuuādo po-
 tentem. Versus Virgilij hi sunt.

In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem

Numina læua sinunt: auditq; uocatus Apollo.

In istis autem dijs, quos placari oportet: uti mala a
 nobis uel à frugibus natis amoueantur, Arungus
 quoq; habetur, et Robigus.

De officiorum gradu, atq; ordine moribus populū
 Romani obseruato. Caput XIII.

Eniorum hominum, & Romæ nobilium,
 atq; in morum disciplinarumq; ueterum

doctrina, memoriaq; præstantium disceptatio
 dam fuit præsentem, & audientem me de gradu
 ordine officiorum. Cumq; quæreretur quibus
 prioribus, potioribusq; facere oporteret: si necessitas
 in opera danda, faciundoq; officio, alios alius
 re, non constabat. Conueniebat autem facile, con-
 batq; ex moribus Po. Ro. Primum iuxta parentem
 cum tenere pupillos debere fidei, tutelæq; nostræ
 ditos. Secundum eos, proximum locum clientes
 re, qui sese itidem in fidem, patrociniumq; nostrum
 dederunt. Tum in tertio loco esse hospites, postea
 cognatos, affinesq;. Huius moris, observationisq;
 ta sunt testimonia, atq; documenta in antiquitate
 per scripta. Ex quibus unum hoc interim de clientibus,
 cognatisq;, quod præ manibus est, ponemus.
 Cato in oratione, quam dixit apud CENSUS in
 » tulum, ita scripsit. Quod maiores sanctius
 » re defendi pupillos, quam clientem non fallere.
 » uersus cognatos, pro cliente testatur. Testimonium
 » uersum clientem nemo dicit. Patrem primum,
 » patronum proximum nomen habere. Massius
 » autem Sabinus in libro iuris ciuilis iii. antiquum
 » locum hospiti tribuit, quam clienti. uerba ex eo
 » hæc sunt. In officiis apud maiores ita obseruatum
 » est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti,
 » cognato, postea affini, de qua causa foemina uirgines
 » tiores sunt habitæ, pupillaribusq; tutela mulieri præ-
 » ta, etiam aduersus, quem affuissent eius filij nati
 » relictæ, in eadem causa pupillo aderant. Firmus
 » atq; clarum isti testimonium rei perhibet authoritas

C. Caesaris PONT. MAX. qui in oratione, quam pro
 Bithynis dixit: hoc principio usus est. Vel pro ho-
 spitio regis Nicomedis, uel pro horum necessitate, quo-
 rum res agitur, refugere hoc munus. M. non potui.
 Nam neq; hominum morte memoria deleri debet,
 quin proximis retineatur: neq; clientes sine summa
 infamia deserui possunt: quibus etiam a propinquis
 nostris opem ferre instituimus.

Quod Appion doctus homo, qui polyhistor ap-
 pellatus est, uidisse se Romæ scripsit, recognitionem
 inter sese mutuam ex uetere notitia hominis et Leonis.

Caput XIII.

Appion, qui Polyhistor appellatus est, literis
 homo multis præditus, rerumq; Græcarum
 plurima, atque uaria scientia fuit. eius li-
 bri non in celebres feruntur: quibus omnibus ferme,
 quæ mirifica in Aegypto uisuntur, audiunturq; hi-
 storia comprehendit. Sed in iis, quæ audisse, uel legis-
 se sese dicit: fortasse a uitio, studioq; ostentationis fit
 loquacior. Est enim sane quam in prædicandis do-
 ctrinis suis uenditator. Hoc autem, quod in libro
 Aegyptiacorum quinto scripsit: neque audisse, neque
 legisse, sed ipsum sese in urbe Roma uidisse oculis
 suis confirmat. In circo maximo inquit, uenationis
 amplissimæ pugna populo dabatur. Eius rei, Ro-
 mæ cum forte essem, spectator inquit, fui. Multæ ibi
 sæuientes feræ, magnitudine bestiarum excellen-
 tes, omniumq; inusitata aut forma erat, aut ferocia.
 Sed præter alia omnia leonum inquit immanitas

admirationi fuit. præterq; omnes cæteros, unus
 leus corporis impetu, uastitudine, terribili
 mitu, & sonoro, toris, comisq; ceruicibus fluctu-
 bus animos, oculosq; omnium in sese conuertere
 eroductus erat iter complures cæteros ad pug-
 bestiarum datus seruus uiri consularis. Ei seruo
 drosus nomen fuit. Hunc ille leo ubi uidit pro-
 repente inquit, quasi admirans stetit: ac deinde
 sum, atq; placide, tanquam noscitur ad hon-
 accedit. Tum caudam more, atq; ritu adlantium
 num clementer, & blande mouet: hominisq; se-
 pori adiungit. Crurâq; eius, & manus prop-
 ex animati metu, lingua leniter demulcet. Homo
 drosus inter illa tam atrocis feræ blâdimenta
 sum animû recuperat: paulatimq; oculos ad
 dum leonem refert. Tum quasi mutua recogni-
 facta, lætos inquit, & gratulabundos uideres
 nem, & leonem. Ea re prorsus tam admirabili
 ximos populi clamores excitatos dicit. A recessu
 à Cæsare Androsus, quæsitamq; causam, cum
 atrocissimus leonum uni parisset. Androsus
 rificam narrat, atq; admirandam. Cum proxi-
 inquit, Africam pro consulari imperio meus
 nus obtineret: ego ibi iniquis eius, & quotidianis
 beribus ad fugam sum coactus. & ut mihi à
 no terræ illius præside tutiores latebræ forent
 porum, & arenarum solitudines concessi. Ac si
 fuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto
 rere. Tum sole inquit, medio rapido, et flagrantis
 cum quandam nactus remotam, latebrosamq; in

me penetro, & recondo, neq; multo post ad eandē spe-
cum uenit hic leo debili uno, & cruento pede gemi-
tus edens, & murmura, dolorem, cruciatumq; ulne-
ris commiserantia. Atq; illic primo quidem conspe-
ctu aduenientis leonis territum sibi, & pauefactum
animum dixit. sed postquam introgressus iquit leo,
uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, ui-
det me procul delitescentem, mitis et mansuetus acces-
sit: & sublatus pedem ostendere mihi, & porrige-
re, quasi opis petendæ gratia uisus est. Ibi inquit, ego
strpem ingentem uestigio pedis eius hærentem reuul-
si. Conceptamq; saniem uulnere intimo expressi: ac-
curatiusq; sine magna iam formidine siatui penitus,
atq; deterfi cruorem. Ille tunc mea opera, & mede-
la lenatus, pede in manibus meis posito recubuit, &
requieuit. Atq; ex eo die triennium totum ego, et leo
in eadem specu, eodemq; uictu uiximus. Nam quas
uenabatur feras, membra opimiora ad specum mihi
suggerebat: quæ ego, ignis copiam non habens, sole
meridiano torrens edebam. Sed ubi me inquit, uitæ
illius ferinæ iam pertesum est: leone in uenatum pro-
fecto, reliqui specum: & uiam fermè tridui permen-
sus a militibus uisus, apprehensusq; sum. Et ad do-
minum ex Africa Romam deductus. Is me statim
rei capitalis damnandum, dandumq; ad bestias cu-
rauit. Intelligo autem inquit, hunc quoq; leonem me
tunc seperato captum gratiam nunc mihi beneficij,
& medicinæ referre. Hæc Appion dixisse Andro-
dum tradit. Ea q; omnia scripta circumlataq; tabel-
la populo declarat. Atq; ideo cunctis petentibus di-

missum Androdum, & poena solutum. Leonemq;
suffragijs populi donatum. poste a inquit, uidebam
Androdum, & leonem loro tenui reuinctum, pro-
be tota circum tabernas ire. donari aere Androdum,
floribus spargi leonem, omnesq; fere ubiq; obuia
dicere: hic est leo hospes hominis. hic est homo medicus
leonus.

Corpus ne sit uox, an σώματον, uarias esse phi-
losophorum sententias. Cap. XV

Etus, atq; perpetua quæstio inter nobilissimos
philosophorum agitata est, corpus
sit uox, incorporeū an. hoc enim uocabu-
lum quidam finxerunt proinde, quod græce dicitur
σώματον. Corpus autem est, quod aut efficiens est
aut patiens: id græce dicitur τὸ δρώμενον ἢ πά-
σώμα ἐστὶ. Quæ definitionem significare uoles
cretius, ita scripsit.

Tangere enim aut tangi, nisi corpus, nulla potest
Alio quoq; modo corpus esse græci dicunt, τὸ
χῆ διασπτόν. Sed uocem stoici corpus esse contendunt
Eamq; esse dicunt ictum aera. Plato autem non
uocem corpus putat. Non enim percussus ictus
aer, sed plagæ ipsa, atq; percussio, uox est.
ἔχ ἁπλῶς πληγὴ αἰέρος ἐστὶν ἢ φωνή. πλήθει γὰρ πῶ-
ρα καὶ δάκτυλος πικρατόμενος. καὶ ἔδέπω ποιεῖ φ-
νήν. ἀλλ' ἢ πόση πληγὴ. καὶ σφόδρα. καὶ πόση δὲ ἄ-
κουσὴν γενέσθαι. Democritus, ac deinde Epicurus
ex indiuiduis corporibus uocem constare dicunt.
Eamq; ut ipsis eorum uerbis utar, ῥῶμα λόγος

appellant. hos, aliosq; tales argutæ, delectabilisq; de
 fidiæ aculeos cum audiremus, uel lectitaremus, neq;
 in his scrupulis aut emolumentum aliquod solidum
 ad rationem uitæ pertinens, aut finem ullum quæ-
 rendi uideremus, Ennianum Neoptolemmum proba-
 bamus, qui profecto ita ait.
 Philosophandū est paucis, nam omnino haud placet.

De ui oculorum. deq; uidendi rationibus.

Caput. XVI.

E uidendi ratione, deq; cernendi natura
 diuersas esse opiniones philosophorum ani-
 maduertimus. Stoici causas esse uidendi di-
 cunt, radiorū ex oculis in ea, quæ uideri queūt, emis-
 sionem, aerisq; simul intentionem. Epicurus affluere
 semper ex omnibus corporibus simulachra quædā
 corporū ipsorū, eaq; sese in oculos inferre: atq; ita
 fieri sensum uidēdi putat. Plato existimat genus quod
 dā ignis, lucisq; de oculis exire, idq; conuētum, cō-
 tinuatumq; uel cum luce solis, uel cum alterius ignis
 lumine, sua ui, et externa nixū efficere, ut quæcunq;
 offenderit, illustraueritq; cernamus. Sed & hic, ea
 quæ differimus, imaginādū. Eiusdemq; illius Ennia-
 ni Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio uten-
 dum est: q; degustandum ex philosophia censet nō in
 eam ingurgitandum.

Quam ob causam dies primi post calendas no-
 nas idus attri habeantur, & cur diem quoq; quar-
 tum ante calendas, uel nonas uel idus quasi religio-
 sum pleriq; uitant.

Cap. XVII.

Errius flaccus in quarto de uerborum
 u ficatione, dies qui sunt postridie calendarum
 nas, idus, quos uulgus imperite nefastos
 at: propter hanc causam dictos habitosque atros
 scribit. Vrbe iquit, a Gallis Senonibus recuperata.
 L. Attilius in senatu uerba fecit. Q. Sulpitius
 militum ad Alliam aduersus Gallos pugnatorum
 rem diuinam dimicandi gratia postridie idus fecit
 se. Tum exercitum Po. Ro. occidione occisum, et
 post diem tertium eius diei urbem praeter Caputium
 captam esse. Compluresque alij senatores recordari
 se dixerunt quoties belli gerendi gratia, res diuina
 na postridie calendarum, nonas, idus a magistratibus
 Ro. facta esset: eius belli proximo deinceps praeter
 Reip. malam gestam esse. Tum senatus eam rem
 PONT. reiecit, ut ipsi, quod uideretur, statuerent.
 PONT. decreuerunt nullum ijs diebus sacrificium
 recte futurum. ante diem quoque quartum Calendas
 Non. uel Id. tanquam inominalem diem plerique
 tant. Eius observationis, an religio ulla sit tractata
 quari solet. Nihil super ea re scriptum inuenimus
 nisi quod Claudius annalium quinto cladem illam
 gnae cannensis uastissimam factam dicit ante diem
 quartum NON. SEXTIL.

In quo, & quantum differat historia ab annalibus.
 Superque ea re uerba posita ex libro rerum
 starum sempronij Asellionis primo.

Caput

XVIII.

h Istoriam ab annalibus quidam differre eo
putant: quod cum utrunq; sit rerum gesta-
rum n. ratio: earum tamen proprie rerū
sit historia, quibus rebus gerendis inter fuerit is, quī
narret. Eamq; esse opinionem quorundam Verrius
Flaccus refert in libro de significatu uerborū quar-
to. Ac se quidem dubitare super ea re dicit. Posse au-
tem uideri putat non nihil esse rationis in ea opinio-
ne, quod historia græce significat rerum cognitionē
præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales o-
mnino id esse, quod historiae sint. Historias non omni-
no esse id, quod annales sint. Sicuti quod est homo id
necessario animal esse, quod est animal, non id necesse
est hominem esse. Ita historias quidem esse aiunt re-
rum gestarum uel expositionem, uel demonstrationē,
uel quo alio nomine id dicendum est: Annales uero
esse, cum res gestæ plurium annorum, obseruato cu-
iusq; anni ordine deinceps componuntur. Cum uero
non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribun-
tur: ea historia græco uocabulo ἐπιμερῖς dicitur.
Cuius latinum interpretamentum scriptum est in li-
bro sempronij Acellionis primo. ex quo libro plura
uerba adscripsimus, ut simul ibidem, quid ipse, inter
res gestas, & annales esse dixerit: ostenderemus.
Verum inter eos inquit, qui annales relinquere uo-
luissent: & eos, qui res gestas à Romanis perscribere
conati essent: omnium rerum hoc interfuit. Annales
libri tantummodo quod factum, quoq; anno gestū
sit, id demonstrabant. Id eorū est, quasi qui diarium
scribunt: quam græca ἐπιμερῖς uocant, nobis nō

modo satis esse uideo, quod factum esset id prom-
 tiare, sed etiã quo consilio, quãq; ratione gesta esse
 demonstrare. Paulo post idem Asellio in eodem
 » nam neq; alacriores ad Remp. defendendam,
 » se gniores ad rem perperam faciũdam annales
 » commouere quicquam possunt. scribere autem
 » quo initium consule, et quo modo confectum sit,
 » quis triumphans introierit, exq; eo libro, quã in
 » lo gesta sint iterare, id fabulas non prædicare aut
 » terea quid senatus decreuerit, aut quã lex rogata
 » lata sit, neq; quibus consilijs ea gesta sunt iterare,
 » fabulas pueris est narrare, non historias scribere.

Quid sit adoptatio, quid item sit arrogatio, qu-
 tumq; hæc inter se differant: uerbaq; eius, quã qu-
 liaq; sint, qui in liberis arrogandis super ea re po-
 lum rogat. Caput XIX.

Um in alienam familiam, inq; liberor-
 cum extranei sumuntur: aut per præ-
 fit, aut per populum. Quod per præ-
 fit, adoptatio dicitur. Quod per populum, arrogatio
 Adoptantur autem cum a parente, in cuius potest-
 te sunt: tertia mancipatione in iure cedunt. At
 eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio
 uindicantur. Arrogantur uero, qui cum sui iuris sint
 in alienam sese potestatem tradunt. Eiusq; rei ipsi
 thores sunt. Sed arrogationes non temere, nec in-
 plorate committuntur. Nam comitia arbitris et
 Pontificibus præbentur, quã curiata appellantur.

Aetas quoq; eius, qui arrogare uult: an liberis potius
 gignendis idonea sit: bonaq; eius, qui arrogatur, ne in
 sidiose appetita sint, consyderatur. Iusq; iurandum
 a. Q. Mutio Pon. Max. conceptum dicitur. quod in
 arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest, nisi iá
 ueluticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in
 alienam familiam transitus per populi rogationem
 fit. Eius rogationis uerba hæc sunt. Velitis, iubea-
 tis, uti L. Valerius L. Titio tam iure, legeq; filius si
 bi fiet, & quàm si ex eo patre, matrèq; familias
 eius natus esset. Vtiq; ei uitæ, necisq; in eum potestas
 fiet, uti pariendo filio est. hoc ita, ut dixi, ita uos qui
 rites rogo. Neq; pupillus autè, neq; mulier, quæ in pa-
 rentis potestate est: arrogari possunt, quoniam & cū
 fæminis nulla comitorum communio est: & tutori-
 bus in pupillos tantã esse auctoritatem, potestatemq;
 fas non est: ut caput liberum fidei suæ commissum
 alienæ ditioni subijciant. Libertinos uero ab inge-
 nuis adoptari quidem iure posse Massurius Sabinus
 scripsit. Sed id neq; permitti dicit, neque permitten-
 dum esse unquam putat: ut homines libertini ordi-
 nis per adoptionem in iura ingenuorum inuadât.
 Alioqui si iuris ista antiquitas seruetur, etiam ser-
 uus à domino per prætorem dari in adoptionem
 potest. Idq; ait plerosq; iuris ueteris authores pos-
 se fieri scripsisse. Animaduertimus in oratione P.
 Scipionis, quam CENS. habuit ad populum de
 moribus, inter ea, quæ reprehendebat: quod con-
 tra maiorum instituta fierent: id etiam eum cul-
 pauisse, quod filius adoptiuus patri adoptatori in-

- ter præniam patrum prodesset. Verba ex e
 » tione hæc sunt. In alia tribu patrem, in alia
 » suffragium ferre. Filium adoptivum tam pro
 » re, quàm si se natum habeat. absentis censei iuber
 » ad censum nemini necesse sit venire.

Quod uocabulum latinum solæcismo fuerit
 pitoni Asinio, quid ipsum appellauerint ueter
 tini, quibusq; uerbis solæcismum definerit idem
 nius. Caput

Solæcismus latino uocabulo ab Asinio
 pitone, eiusdēq; ætatis alijs imparit
 pellatus, uetustioribus latinis scribilibo
 batur à uersura uidelicet, & prauitate tortuo
 tionis, tanquam sterobligo quædam. Quod uer
 Asinius Capito in literis, quas ad Clodiu Th
 dedit, hisce uerbis definit. Solæcismus est inquit
 par, & inconueniens compositura partium or
 nis. Cum græcum autem uocabulum sit solæcism
 an Attici homines, qui elegantius locuti sunt: uer
 sint, quæri solet. Sed nos neq; solæcismum, neq; Ba
 barismum apud græcorum idoneos adhuc inuen
 mus. Nam sicut βάρβαρον, ita σολῶικον dixerunt
 Nostri quoq; antiquiores solæcum facile, solæcismum
 haud scio, an unquam dixerint. Quod si ita est: non
 in græco, neq; in latino solæcismus probe dicitur.

Pluria qui dicat, & compluria, & compluribus
 barbare dicere, sed latine. Caput

p *Luria forte quis dixit sermocinans uir ad-*
prime doctus meus amicus non hercle stu-
dio ferens ostentandi, neq; quo plura dicen-
dum non putaret. Est enim doctrina homo seria, et
ad uita officia deuincta, ac nihil de uerbis laboran-
te. sed opinor assidua ueterum scriptorum tractatio
ne inoleuerat linguae illius uox, quam in libris sae-
pe offenderat. Aderat, cum ille hoc dixit, reprehens-
or audaculus uerborum, qui per pauca, eademq; a
uulgo protrita legerat. Habebatq; nonnullas disci-
plinae grammaticae inauditumculas, partim rudes
inchoatasq; partim non probas. Easq; quasi pulue-
rem ob oculos, cum adortus quoenq; fuerat, asperge-
bat. Sicut tunc amico nostro barbare inquit, dixisti
pluria. Nam neq; rationem uerborum hoc, neq; au-
thoritatem habet. Ibi ille amicus ridens, amabo te in-
quit, uir bone, quia nunc mihi a magnis, serijsq; re-
bis otium est: uelim doceas nos, cur pluria, siue com-
pluria (nihil enim differt) non latine, sed barbare
dixerint M. Cato, & Q. Claudius, Vale. Antias.
L. Laelius. P. Nigidius. M. Varro, quos subscripto-
res, approbatoresq; huius uerbi habemus. Praeter
poetarum, oratorumq; ueterum multam copiam.
Ad quae ille nimis arroganter, tibi inquit, habeas au-
thoritates istas, ex faunorum, & aboriginum secu-
lo reventas, atq; huic rationi respondeas. Nullum e-
nim uocabulum neutrum comparatiuum, numero
pluratiuo, casu recto ante extremum a, habet, i, lite-
ram sicuti meliora, maiora, grauiora. proinde igitur
plura, non pluria dici consuevit, ne contra for-

mam perpetuam in comparatiuo, i, litera sit ante
 tremum a. Tum ille amicus noster, cum homines
 confidentem pluribus uerbis non dignum existima-
 ret. Asinij inquit, Capitonis doctissimi uiri epistolae
 sunt uno in lib. multae, opinor, positae in templo
 cis. Primaq; epistola scripta est ad Pacuuium Latro-
 nem: cui titulus praescriptus est pluria non plura
 ei debere. In ea epistola rationes grammaticae
 sunt: per quas docet pluria latinum esse, plura
 barum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex
 quoq; simul discas, si modo assequi poteris, quod in
 epistola scriptum est: pluria siue plura absolutum
 se siue simplex, non, ut tibi uidetur, comparatiuum
 Huius opinionis asiniana id quoq; adiumentum
 quod compluries cum dicimus, non comparatiue
 mus. Ab eo autem, quod est compluria, aduerbi-
 est factum compluries. Id quoq; quonia minus
 tum est, uersum Plauti subscripsi ex comedia, quae
 Persa inscribitur.

- » Quid metus? Metuo hercle uero. Sensi ego compluribus
- Item M. Cato in quarto originum eodem in loco ter
- » uerbum posuit. Compluries eorum milites mor-
- » narij inter sese multi, alteri alteros occidere. Compluribus
- » es multi simul ad hostes transfugere. Compluribus
- » imperatorem impetum fecere.

AULI GELLII NOCTIVM. ATTICA
RVM COMMENTARII.
LIBER SEXTVS.

Quem in modum responderit Chrysippus ad-
uersus eos, qui providentiam consistere negauerunt.

Caput Primum

h Omines fecisse dicitur tantam vim
esse erūnarum, & malorum. ad-
sus ea Chrysippus, cum in libro
περὶ προνοίας quarto differeret:
nihil est prorsus istis inquit, insipi-
dius, qui opinantur bona esse potuis-
se, si non essent itidem mala. Nam cum bona malis
contraria sint: utraq; necessarium est opposita inter
se, & quasi mutuo aduerso quæq; fulta nisi consi-
stere. Nullum adeo contrarium esse sine contrario al-
tero. quo enim pacto iustitiæ sensus esse posset, nisi es-
sent iniuriæ? Aut quid aliud iustitia est, quàm iniu-
stitiæ privatio? Qui item fortitudo intelligi posset, ni-
si ex ignavia oppositione? Qui continentia, nisi ex
intemperantiæ? Quo item modo prudentia esset, ni-
si foret contra imprudentia? Proinde inquit homi-
nes stulti, cur non hoc etiam desyderant, ut ueri-
tas sit, & non sit mendacium? Nanq; itidem sunt bo-
na & mala, felicitas & infortunitas, dolor & uolu-
ptas. Alterum enim ex altero (sicuti Plato ait) uerti-
abus inter se contrarijs deligatum est. si tuleris
unum, abstuleris utrunq;.